

Ha. xii. 1. *Flos de radice ejus ascendet*; Nazareth enim flos interpretatur. Sed maxime aliquis denominatur a loco sue nativitat. Ergo videtur quod in Nazareth natus debuerit, ubi etiam fuit conceptus, & nutritus.

3. Præterea. Ad hoc Dominus natus est in mundo, ut veritatis fidem annuntiaret, secundum domum illud Joan. xvi. 1. *In hoc natus sum*, & ad hoc venit in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Sed hoc facilius fieri potuisset, si natus fuisset in civitate Romana, quæ tunc dominatum orbis habebat: unde et Paulus Romanis scribens dicit Rom. 1. *Fides vestra annuntietur in universo mundo*. Ergo videtur quod non debuerit in Bethlehém nasci.

Sed contra est quod dicitur Mich. v. 2. *Et tu Bethlehém Ephrata, parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur qui sit dominatio in Israel*.

Respondedo dicendum, quod Christus in Bethlehém natus voluit, duplici ratione. Primo quidem, quia factus est ex semine David secundum carnem, ut dicitur Rom. 1. 3. cui etiam facta fuerat repromissio specialis de Christo, secundum illud II. Reg. xx. 1. *Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Jacob*. Et ideo in Bethlehém, de qua natus fuit David, nasci voluit, ut ex ipso loco nativitat. promissio et facta impleta ostenderetur: & hoc designat Evangelista dicens Luc. 1. *Eo quod esset de domo, & familia David*. Secundo quia, ut Gregorius dicit in hom. (viii. in Evang. parum à princ.) *Bethlehém domus panis interpretatur. Ipse autem Christus est qui ait: Ego sum panis vivus, qui de celo descendi*.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut David in Bethlehém natus est, ita etiam Hierusalem elegit, ut in ea sedem regni constitueret, & templum Dei ibi edificaret; & sic Hierusalem elegit, ut esset civitas simul regalis, & sacerdotalis. Sacerdotium autem Christi, & ejus regnum præcipue consummatum est in ejus passione. Et ideo convenienter Bethlehém elegit nativitati, Hierusalem vero passioni. Similiter etiam per hoc hominum gloriam confutavit, qui gloriantur de hoc quod ex civitatibus nobilibus originem ducunt, in quibus etiam præcipue volunt honorari. Christus autem e converso in civitate ignobili nasci voluit, & in civitate nobili pati opprobrium.

Ad secundum dicendum, quod Christus florere voluit secundum virtuosam conversationem, non secundum carnis originem. Et ideo in civitate Nazareth educari voluit, & nutriti, in Bethlehém autem voluit quasi peregre nasci: quia, ut Gregorius dicit (loc. sup. cit.) *per humani aem, quam assumpsit, quasi in aliena nascatur, non secundum potestatem, sed secundum naturam*: & etiam, ut Beda dicit (cap. v. in Luc.) *in diversorio loco egredat*,

ut nobis multas manifestes in domo Patris sui præparet.

Ad tertium dicendum, quod, sicut dicitur quodam ferm. Ephes. Conc. (quod est Theodoti Ancyr. & hab. in eo Conca. part. 1. cap. 18.) *si maximam Roman. ecclesiam civitatem, propter potentiam civitatis, mutationemque potestatem putarent; si filii fuisset Imperatoris, potestati utilitatem adscriberent*. Sed ut. Divinitus ergo secretetur orbem transvolsisset terrarum, pauperem elegit matrem, & pauperem palatium. Elegit autem Deus infima mundi, ut confunderet fortia, sicut dicitur I. ad Corinth. 1. 27. Et ideo ut suam potestatem magis ostenderet, in ipsa Roma, quæ caput mundi erat, etiam caput Ecclesie sue statuit in signum perfectæ victoriæ, ut exinde fides derivaretur ad universum mundum, secundum illud Isa. xxvi. 5. *Civitatem sublimem humiliabit*. & concubabit eam pauperes, scilicet Christi, gressus egenorum, id est Apostolorum Petri, & Pauli.

ARTICULUS VIII.

Utrum Christus fuerit tempore congruo natus.

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit congruo tempore natus. Ad hoc enim Christus venerat ut suos in libertatem revocaret. Natus est autem tempore servitutis, quo scilicet totus orbis præcepto Augusti describitur, quasi tributarius factus, ut habetur Luc. 1. Ergo videtur quod non congruo tempore Christus fuerit natus.

2. Præterea. Promissiones de Christo nascituro Gentilibus non fuerant factæ, secundum illud Rom. 1. 4. *Quorum sunt promissæ*. Sed Christus natus est tempore quo Rex alienigena dominabatur, sicut patet Matth. 1. 1. *Cum natus esset Jesus in diebus Herodis Regis*. Ergo videtur quod non fuerit congruo tempore natus.

3. Præterea. Tempus presentie Christi in mundo dici comparatur, propter id quod ipse est lux mundi: unde ipse dicit Joan. 1. 4. *Mis oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est*. Sed in æstate sunt dies longiores, quam in hieme. Ergo cum natus fuerit in profundo hiemis, id est VIII. kalendas Jan. videtur quod non fuerit convenienter tempore natus.

Sed contra est quod dicitur Galat. 1. 4. *Cum venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege*.

Respondedo dicendum, quod hæc est differentia inter Christum, & alios homines, quod alii homines nascuntur subiecti necessitati temporis; Christus autem, tamquam dominus, & conditor omnium temporum, elegit sibi tempus in quo nasceretur, sicut & matrem, & locum. Et

Et quia que a Deo sunt, ordinata sunt, (Rom. xii. 1.) & convenienter disposita, consequens est quod convenientissimo tempore Christus nasceretur.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus venerat non in statum libertatis reducere de statu servitutis. Et ideo sicut mortalitatem nostram suscepit, ut nos ad vitam reduceret; ita, ut Beda dicit (cap. v. in Luc.) *eo tempore dignatus est incarnari quo mox natus sensu Cesaris adscriberetur, atque ob nostri liberationem ipse servitio subderetur*. Tempore etiam illo quo totus orbis sub uno Principe vivebat, maxima pax fuit in mundo. Et ideo dicebat ut illo tempore Christus nasceretur, qui est pax nostra, faciens utraque unum, ut dicitur Ephes. 1. 14. Unde Hieronymus dicit super Isa. (sup. illud cap. 11. *Non levabit gens*, &c.) *Veteres si revolvamus historias, invenimus usque ad vigesimum octavum annum Cesaris Augusti in toto orbe terrarum fuisse discordiam; orto autem Domino, omnia bella cessaverunt, secundum illud Isa. 11. 4. Non levabit gens contra gentem gladium*. Conguebat etiam ut in illo tempore, quo unus Princeps denominabatur in mundo, Christus nasceretur, qui venerat congregare suos in unum, ut esset unum ovile, & unus pastor, ut dicitur Joann. x. 16.

Ad secundum dicendum, quod ideo Christus legis alienigenæ tempore nasci voluit, ut impleteret prophetia Jacob dicentis, Genes. penult. 10. *Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est*: quia, ut Chrysostomus (alius Auctor) dicit super Matth. (hom. 2. in op. imperf. parum à princ.) *quandiu Judaica gens sub Judaicis Regibus, quantumvis peccatoribus, tenebatur, Propheta mittebantur ad remedium ejus; nunc autem quando lex Dei sub potestate Regi iniqui tenebatur, nascitur Christus; quia magna, & desperabilis infirmitas medicum artificiosum querebat*.

Ad tertium dicendum, quod, sicut dicitur in Lib. de Qq. vet. & novi Testam. (quest. LIII.) *tunc Christus nasci voluit, quando lux dici crementum incipit accipere; ut ostenderetur quod ipse venerat, ut homines crescerent in lucem divinam, secundum illud Luc. 1. 79. Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent*. Similiter etiam asperitatem hiemis elegit ad nativitatem, ut ex tunc carnis afflictionem pateretur pro nobis.

QUÆSTIO XXXVI.

De manifestatione Christi nati, in octo articulis divisæ.

Deinde considerandum est de manifestatione Christi nati: & circa hoc queruntur octo.

Primo, utrum nativitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.

Secundo, utrum debuerit aliquibus manifestari.

Tertio, quibus manifestari debuerit.

Quarto, utrum debuerit ipse se manifestare, vel potius manifestari per alios.

Quinto, per quæ alia manifestari debuerit.

Sexto de ordine manifestationum.

Septimo de stella, per quam manifestata fuit ejus nativitas.

Octavo de veneratione Magorum, qui per stellam Christi nativitatem cognoverunt.

ARTICULUS I.

Utrum nativitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.

Inf. quest. xxxix. art. 8. ad 3.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Christi nativitas debuerit esse omnibus manifesta. Impletio enim promissioni debet respondere. Sed de promissione advenus Christi dicitur in Plal. xl. 1. 3. *Deus manifeste veniet: venit autem per carnis nativitatem*. Ergo videtur quod ejus nativitas debuerit esse toti mundo manifesta.

2. Præterea. I. ad Timoth. 1. 15. dicitur: *Christus in hunc mundum venit peccatores salvos facere*. Sed hoc non fit, nisi inquantum eis gratia Christi manifestatur, secundum illud Tit. 1. 11. *Apparuit gratia Dei, & Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudienti nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobrie, & pie, & juste vivamus in hoc sæculo*. Ergo videtur quod Christi nativitas debuerit esse omnibus manifesta.

3. Præterea. Deus super omnia pronior est ad miserandum, secundum illud Plal. cxlvi. 9. *Miserationes ejus super omnia opera ejus*. Sed in secundo adventu, quo iustitias iudicabit, veniet omnibus manifestus, secundum illud Matth. xxiv. 27. *Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret usque in Occidentem; ita erit adventus Filii hominis*. Ergo multo magis primus adventus quo natus est in Mundo secundum carnem, debuit esse omnibus manifestus.

Sed contra est quod dicitur Isa. xlv. 15. *Per te tu es factus absconditus, sanctus Israel Salvatoris & Isa. l. 1. 3. Quasi absconditus est visus ejus, & despectus*. Respondedo dicendum, quod nativitas Christi non debuit esse communiter omnibus manifesta. Primo quidem quia per hoc impedita fuisset humana redemptio, quæ per crucem ejus peracta est: quia ut dicitur I. ad Corinth. 1. 8. *si cognovissent, nunquam Dominum glorie crucifixissent*. Secundo quia hoc diminuisse meritorium

Ad tertium dicendum, quod stella nativitate Christi manifestans, omnem occasionem erroris subtraxit. Ut enim Augustinus dicit contra Faustum (Lib. II. cap. v. à med.) nulli Astrologi ita constituerunt nascentium hominum fata sub stellis, ut aliquam stellarum, hominum aliquo nato, circuitus sui ordinem reliquisset, & ad eum qui natus est, perrexisse assererent, sicut accidit circa stellam quæ demonstravit nativitatem Christi. Et ideo per hoc non confirmatur error eorum, qui sortem nascentium hominum astrorum ordini colligari arbitrantur, non autem credunt astrorum ordinem ad hominis nativitatem posse mutari. Similiter etiam, ut Christus dicit (hom. vi. in Math. parum à princ.) non est hoc Astronomie opus, à stellis scire eos qui nascuntur, sed ab hora nativitatis futura predicere. Magi autem tempus nativitatis non cognoverunt, ut hinc sumentes initium, à stellarum motu futura cognoscere, sed potius, è converso.

Ad quartum dicendum, quod, sicut Chryostomus (alius Auctor) refert (hom. 11. in op. imperf. inter princ. & med.) in quibusdam scripturis apocryphis legitur, quod quædam gens in extremo Orientis juxta Oceanum scripturam quandam habebat ex nomine Serb de apparitura hac stella, & numeribus hujusmodi offendentis: que gens diligenter observabat hujus stelle exitum, postquam exploratoribus daudecton, qui certis temporibus de nocte ascendebant in montem, in quo postmodum eam viderunt habentem in se quasi parvuli formam, & super se similitudinem cruci.

Vel dicendum, quod, sicut dicitur in Libro de questionibus vet. & novi Testamenti (quæst. LXIII.) Magi illi traditionem Balaam sequebantur, qui dixit: Orietur stella ex Jacob. Unde videntes stellam extra ordinem mundi; hanc esse intellexerunt, quam Balaam futuram indicem Regis Judæorum prophetaverat.

Vel dicendum, sicut Augustinus (alius Auctor) dicit in sermone de Epiphania, quod ab Angelis aliqua admonitione revelationis audierunt Magi, quod stella Christum natum significaret, & probabile videtur quod à bonis, quando in Christo adorando salus eorum jam quærebatur. Vel, sicut Leo Papa dicit in sermone de Epiphania (1v. ejusd. festi. cap. 11. ante med.) præter illam speciem que corporeum indicavit obtutum, fulgentior veritatis radius eorum corda perdocuit: quod ad illuminationem fidei pertinebat.

ARTICULUS VI. 201

Utrum nativitas Christi ordine convenienti fuerit manifestata.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod inconvenienti ordine Christi nativitas fuerit manifestata. Illis enim debuit primo manifestari Christi nativitas qui Christo propinquiores fuerunt, & qui magis Christum desiderabant, secundum illud Sap. vi. 14. Præoccupat eos qui se concupiscunt, ut se priorem illis ostendant. Sed justis propinquissimis erant Christo per fidem, & maxime ejus adventum desiderabant: unde dicitur Luc. 11. 25. de Simone, quod erat homo justus, & timoratus, expectans redemptionem Israël. Ergo prius debuit manifestari Christi nativitas Simone quam pastoribus, vel Magis.

2. Præterea. Secundum Augustinum Magi fuerunt primitiæ gentium Christo credituram. Sed primo plentidum gentium intrat ad fidem, & postmodum omnis Israël salvus fiet, ut dicitur Rom. xi. Ergo prius debuit manifestari Christi nativitas Magis quam pastoribus.

3. Præterea. Matth. 11. 16. dicitur, quod Herodes occidit omnes pueros qui erant in Bethlebem, & in omnibus finibus ejus, à bimatu, & infra, secundum tempus quod exquiserat à Magis: & sic videtur quod per duos annos post Christi nativitatem Magi ad Christum pervenerint. Inconvenienter igitur post tantum tempus fuit Gentilibus Christi nativitas manifestata. Sed contra est quod dicitur Dan. 11. 21. Ipse mutat tempora, & states: & ita tempus manifestationis nativitatis Christi videtur congruo ordine esse dispositum.

Respondeo dicendum, quod Christi nativitas primo quidem manifestata est pastoribus ipso die nativitatis Christi: ut enim dicitur Lucæ 11. 8. Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigiliis noctis super gregem suum: & ut discesserunt ab eis Angeli in celum, loquebantur ad invicem: Transseamus usque Bethlebem: & venerunt festinantes. Secundo autem Magi pervenerunt ad Christum tertiadecima die nativitatis ejus, quo die festum Epiphaniæ celebratur. Si enim revoluto anno, vel etiam duobus annis venissent, non invenissent eum in Bethlebem: cum scriptum sit Luc. 11. 39. quod postquam perfecerunt omnia secundum legem Domini offerentes, scilicet puerum Jesum in templum, reversi sunt in Galilæam civitatem suam Nazareth. Tertio autem manifestata est justis in templo quadagesimo die à nativitate Christi, ut habetur Luc. 11. Et hujus ordinis ratio est, quia per pastores significantur Apostoli, & alii credentes ex Judæis, quibus primo manifestata est fides Christi, inter quos non fuerunt multi potentes, nec mul-

multi mobiles, ut dicitur I. ad Corinth. 1. Secundo autem fides Christi pervenit ad plentitudinem Gentium, quæ est præfigurata per Magos. Tertio autem pervenit ad plentitudinem Judæorum, quæ est præfigurata per justos: unde & in templo Judæorum est eis Christus manifestatus.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Apostolus dicit Rom. 1x. 31. Israël sectando legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit. Sed Gentiles, qui non quærebant justitiæ, Judæos communiter in justitiæ fidei prævererunt. Et in hujus figuram Simeon, qui expectabat consolationem Israël, ultimo Christum natum cognovit, & præcesserunt eum Magi, & pastores, qui Christi nativitatem non ita folite expectabant.

Ad secundum dicendum, quod licet plentidum gentium prius intraverit ad fidem quam plentidum Judæorum; tamen primitiæ Judæorum prævererunt in fide primitiæ Gentium. Et ideo pastoribus prius manifestata est Christi nativitas quam Magis.

Ad tertium dicendum, quod de apparitione stelle que apparuit Magis, est duplex opinio. Chryostomus enim (alius Auctor) super Matth. (hom. 11. in op. imperf. aliquant. à princ.) & Augustinus in serm. Epiphaniæ. (vii. ante med.) dicunt, quod stella Magis apparuit per biennium ante Christi nativitatem: & tunc præmeditantes, & se ad iter præparantes, à remotissimis partibus Orientis pervenerunt ad Christum tertiadecima die à sua nativitate. Unde & Herodes statim post recessum Magorum, videns se ab eis illusum, mandavit occidi pueros à bimatu, & infra, dubitans ne tunc Christus natus esset quando stella apparuit, secundum quod à Magis audierat. Alii vero dicunt, stellam apparuisse primo, cum Christus natus est: & statim Magi, visa stella, iter arripientes, longissimum iter in tredecim diebus peregerunt, partim quidem adjuti divina virtute, partim autem dromedariorum velocitate: & hoc dico, si venerunt ex extremis partibus Orientis. Quidam tamen dicunt, eos venisse de regione propinqua, unde fuerat Balaam, cujus doctrinæ sectatores fuerunt. Dicuntur autem ab Oriente venisse, quia terra illa est ad orientalem partem terræ Judæorum. Et secundum hoc Herodes non statim recedentibus Magis, sed post biennium pueros interfecit: vel quia dicitur interim acclusus Romam ivisse, vel aliquorum periculorum terroribus agitur, à cura interficiendi puerum interim desistisse: vel quia potuit credere, Magis fallacis stelle visione deceptos, postquam non invenerant quem natum prævererant, veridicè ad se venire, ut Augustinus dicit in Lib. II. de consensu Evangel. (cap. x. ad fin.) Idco autem non solum bimos pueros in-

terfecit, sed etiam infra, quia, ut Augustinus dicit in quodam serm. Innocentium (hab. in Glof. ord. sup. illud Matth. 11. A bimatu &c.) timebat ne puer, cui filera famulantur, speciem suam paulo supra gratem, vel infra transformaret.

ARTICULUS VII. 202

Utrum stella que Magis apparuit, fuerit una de celestibus stellis.

Opusc. x. cap. vii. & Matth. 11. lect. 4.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod stella que Magis apparuit, fuerit una de celestibus stellis. Dicit enim Augustinus in quodam sermone Epiphaniæ (implicit. variis in locis serm.) Dum pendet ad sidera, & villam patitur Deus involumenta pannorum, repente novum de celo sidus effulsit. Fuit igitur stella celestis, quæ Magis apparuit.

2. Præterea. Augustinus dicit in sermone quodam Epiphaniæ (ut sup.) Pastoribus Angelis, Magis stella Christum demonstrat: utriusque loquitur lingua eplorum, quia lingua cessavit Prophetarum. Sed Angeli pastoribus apparentes fuerunt vere de celestibus Angelis. Ergo & stella Magis apparsit vere de celestibus stellis.

3. Præterea. Stella que non fuit in celo, sed in aere, dicuntur stellæ comete, quæ non apparent in nativitatibus Regum, sed magis sunt indicia mortis eorum. Sed illa stella designabat Regis nativitatem: unde Magi dicunt Matth. 11. 2. Ubi est qui natus est Rex Judæorum? vidimus enim stellam ejus in Oriente. Ergo videtur quod fuerit una de celestibus stellis.

Sed contra est quod Augustinus dicit in Lib. II. contra Faustum (cap. v. à med.) Non ex illis erat hæc stella que ab initio creaturæ iustorum suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt; sed nova Virginis partu novum sidus apparuit.

Respondeo dicendum, quod, sicut Chryostomus dicit sup. Matth. (hom. vi. aliquant. à princ.) quod illa stella que Magis apparuit, non fuerit una celestium stellarum, multipliciter manifestum est. Primo quidem quia nulla alia stellarum hac via incedit: hæc enim stella ferbatur à Septentrione in Meridiem: ita enim Judæa jacet ad Perfidem, unde Magi venerunt. Secundo apparet hoc ex tempore: non enim solum apparebat in nocte, sed etiam in media die; quod non est virtutis stellæ, sed nec etiam Lunæ. Tertio quia quandoque apparebat, & quandoque occultabatur: cum enim intraverunt Hierosolimam, occultavit se ipsam; deinde ubi Herodem reliquerunt, se ipsam monstravit. Quarto quia non habebat continuum motum, sed cum oportebat ire Magos, ibat, cum oportebat stare, stabat; sicut & de colu-

Quidam tamen dicunt, quod isti Magi non fuerunt malefici, sed sapientes Astrologi, qui apud Perlas, vel Chaldaeos Magi vocantur.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Chrysofomus (alius Auctor) dicit (hom. 11. in op. imperf. aliquant. à pinea) ab Oriente venerunt Magi, quia unde dies nascitur, inde initium fidei prescit: quia fides lumen est animarum: vel quia omnes qui ad Christum veniunt ab ipso, & per ipsum veniunt. Unde dicitur Zachar. vi. 12. Ecce vir: Oriens nomen eius. Dicuntur autem ab Oriente ad litteram venisse, vel quia de ultimis Orientis partibus venerunt, secundum quosdam, vel quia de aliquibus vicinis partibus Judæe venerunt, quæ tamen sunt regionis Judæorum ad Orientem. Credibile tamen est etiam in aliis partibus mundi aliqua indicia natiuitatis Christi apparuisse, sicut Romæ fluxit oleum, & in Hispania apparuerunt tres Soles paulatim in unum coeuntes. (Eusebius in Chron. & Innocentius III. serm. 11. de nativ.)

Ad quartum dicendum, quod, sicut Chrysofomus dicit (hab. in Cat. aut. D. Thom. sup. cap. 11. Luc.) Angelus manifestans Christi natiuitatem non iuit Hierosolymam, non requisit Scribas, & Phariseos: erant enim corrupti, & pro invidia cruciabantur; sed pastores erant iusti, antiquam conversationem Patriarcharum, & Moysi colentes. Per hos etiam pastores significabantur Doctores Ecclesiæ, quibus Christi mysteria revelantur, quæ latebant Judæos.

Ad quintum dicendum, quod, sicut Ambrosius dicit (sup. illud Luc. 11. Et ecce homo erat, &c.) generatio Domini non solum à juvenibus, sed etiam à senioribus, & iusti accipere debuit testimonium: quorum etiam testimonio propter iustitiam magis credebatur.

ARTICULUS IV. 199

Utrum Christum per seipsum natiuitatem suam manifestare debuisset.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod Christus per seipsum natiuitatem suam manifestare debuisset. Causa enim quæ est per se, semper est potior ea quæ est per aliud, ut dicitur in VIII. Physic. (tex. 39.) Sed Christus suam natiuitatem manifestavit per alios, puta pastores per Angelos, & Magis per stellam. Ergo multo magis per seipsum debuit suam natiuitatem manifestare.

2. Præterea. Eccli. xx. 32. dicitur: Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utriusque? Sed Christus à principio suæ conceptionis plene habuit sapientiæ, & gra-

tia thesaurum. Nisi ergo hanc plenitudinem manifestasset per opera, & verba, fuisset frustra ei data sapientia, & gratia: quod est inconueniens, quia Deus, & natura nihil frustra facit, ut dicitur in I. de celo (tex. 32. & Lib. II. tex. 19.)

3. Præterea. In Lib. de infantia Salvatoris legitur, quod Christus in sua pueritia multa miracula fecit: & ita videtur quod suam natiuitatem per seipsum manifestauerit.

Sed contra est quod Leo Papa dicit (serm. 14. de Epiphani. cap. 111. ad fin.) quod Magi inuenerunt puerum Jesum, in nullo ab humana infantie generalitate dissimilem. Sed alii infantes non seiplos manifestant. Ergo neque decuit quod Christus per seipsum suam natiuitatem manifestaret.

Respondeo dicendum, quod natiuitas Christi ad humanam salutem ordinabatur: quæ quidem est per fidem, fides autem salutaris Diuinitatem, & humanitatem Christi confiteretur. Oportebat igitur ita manifestari natiuitatem Christi, ut demonstratio Diuinitatis eius fidei humanitatis ipsius non preiudicaret. Hoc autem factum est, dum Christus in seipso natiuitatem similem iustitiam humane exhibuit, & tamen per Dei creaturas Diuinitatis virtutem in se monstrauit. Et ideo Christus non per seipsum suam natiuitatem manifestavit, sed per quasdam alias creaturas.

Ad primum ergo dicendum, quod in via generationis & motus oportet per imperfecta ad perfectum perueniri. Et ideo Christus prius manifestatus est per alias creaturas, & postea manifestavit se per seipsum manifestatione perfecta.

Ad secundum dicendum, quod licet sapientia abscondita sit inutilis; non tamen ad sapientiam pertinet ut quolibet tempore manifestet seipsum, sed tempore congruo. Dicitur enim Eccli. xx. 6. Est tacens, non habens sensum loquel; & est tacens sciens (a) tempus apti temporis. Sicut ergo sapientia Christo data non fuit inutilis, quia seipsum tempore congruo manifestavit; & hoc ipsam quod tempore congruo abscondebatur, eis sapientiæ indicium.

Ad tertium dicendum, quod liber ille de infantia Salvatoris est apocryphus. Et Chrysofomus dicit super Joan. (hom. xx. ante med.) quod Christus non fecit miracula, antequam aquam converterit in vinum, secundum illud quod dicitur Joan. 11. Hoc fecit initium signorum Jesus. Si enim secundum primam aetatem miracula fecisset, non indignissent Israelitæ alio manifestante eum, cum tamen Joannes Baptista di-

(a) Ita omnes edit. D. Thomæ cum inf. An primi amanuensis spalmata fuit. Vulgata tempus aptum, ut his quoque legendum videtur.

Utrum natiuitas Christi deberet per Angelos, & stellam manifestari.

ARTICULUS V. 200

Utrum natiuitas Christi deberet per Angelos, & stellam manifestari.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod non deberet manifestari per Angelos Christi natiuitas. Angeli enim sunt spirituales substantiæ, secundum illud Psalm. 111. 4. Qui (a) facit Angelos suos spiritus. Sed Christi natiuitas erat secundum carnem, non autem secundum spirituales eius substantiam. Ergo non debuit per Angelos manifestari.

2. Præterea. Major est affinitas iustorum ad Angelos quam ad quoscumque alios, secundum illud Psalm. 111. 8. Inmitte Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Sed iustus, scilicet Simeoni, & Anna, non est manifestata Christi natiuitas per Angelos. Ergo nec pastoribus per Angelos manifestari debuit.

3. Præterea. Videtur quod nec Magis deberet manifestari per stellam. Hoc enim videtur esse erroris occasio, quantum ad illos qui æstimant sidera natiuitatis hominum dominari. Sed occasiones peccandi sunt hominibus auferendi. Non ergo fuit conueniens quod per stellam Christi natiuitas manifestaretur.

4. Præterea. Signum oportet esse certum, ad hoc quod per ipsum aliquid manifestetur. Sed stella non videtur esse signum certum natiuitatis Christi. Ergo inconuenienter fuit Christi natiuitas per stellam manifestata.

Sed contra est quod dicitur Deuter. xxxi. 4. Dei perfecta sunt opera. Sed talis manifestatio fuit opus diuinum. Ergo per conuenientia signa fuit effecta.

Respondeo dicendum, quod sicut manifestatio syllogistica fit per ea quæ sunt magis nota ei cui est aliquid manifestandum; ita manifestatio quæ fit per signa, debet fieri per ea quæ sunt familiaria illis quibus manifestatur. Manifestum est autem quod virtus iustis est familiaris, & consuetum interiori Spiritui Sancti instinctu edoceri: abique signorum sensibilibus demonstratione, scilicet per spiritum prophetiam. Alii vero corporalibus rebus dedit, per sensibilia ad intelligibilia adducunt. Iudæi autem consueti erant diuina responsa per Angelos accipere, per quos etiam legem acceperunt. Tom. Op. Tom. V.

(a) Vulgata facis, & tuos. (b) Vulgata acceperat.

tant, secundum illud Act. vi. 5. Accipis legem in dispositione Angelorum. Gentiles vero, & maxime Astrologi confecti sunt stellarum cursus inspicere. Et ideo iustus, scilicet Simeoni, & Anna, manifestata est Christi natiuitas per interiorum instinctum Spiritus Sancti, secundum illud Luc. 11. 26. Responsum (b) accipit à Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi prius uideret Christum Dominum. Pastoribus autem, & Magis tamquam rebus corporalibus dedit, manifestata est Christi natiuitas per visibiles apparitiones. Et quia natiuitas non erat pure terrena, sed quodammodo celestis, ideo per signa celestia utrique Christi natiuitas reuelatur. Ut enim Augustinus dicit in serm. de Epiph. (equivalenter serm. lxxvi. de diversis cir. princ.) Celos Angeli habitant, & sidera orant: utriusque ergo celi enarrant gloriam Dei. Rationabiliter autem pastoribus, tamquam Iudæis, apud quos frequenter factæ sunt apparitiones Angelorum, reuelata est natiuitas Christi per Angelos; Magis autem assuetis in consideratione celestium corporum manifestata est per signum stellæ: quia, ut Chrysofomus dicit (hom. vi. in Match. aliquant. ante med.) per consuetudinem Dominum vocare uoluit, eis consuetudinem descendens. Est autem alia ratio: quia, ut Gregorius dicit (hom. x. in Evang. cir. princ.) Iudæis tamquam ratione utentibus rationale animal, idest Angelus, predicare debuit; Gentiles uero, quia uti ratione nesciebant, ad cognoscendum Dominum, non per uocem, sed per signa perducuntur: & sicut Dominum iam loquentem annuntiauerunt Gentilibus predicatores loquentes; ita eum mandatum loquentem elementa muta predicauerunt. Est etiam & alia ratio: quia, ut Augustinus (alius Auctor) dicit in serm. Epiphani. Abraxæ innumrabilis fuerat promissa successio, non carnis semine, sed fidei secunditate generanda: & ideo stellarum multitudinis est comparata, ut celestis progenies speraretur. Et ideo Gentiles in sideribus designati, ortu noui fideis exortantur, ut perueniant ad Christum, per quem efficiuntur semen Abraxæ.

Ad primum ergo dicendum, quod illud manifestatione indiget quod de se est occultum, non autem illud quod de se est manifestum. Caro autem eius qui nascebatur, erat manifesta, sed Diuinitas erat occulta. Et ideo conuenienter manifestata est illa natiuitas per Angelos, qui sunt Dei ministri: unde & cum claritate Angelus apparuit, ut ostenderetur quod ille qui nascebatur, erat splendor patetæ gloriæ.

Ad secundum dicendum, quod iusti non indigebant visibili apparitione Angelorum; sed eis sufficiebat interior instinctus Spiritus Sancti, propter eorum perfectionem.

meritum fidei, per quam venerat homines iustificare, secundum illud Rom. 11. 22. *Iustitia Dei per fidem Jesu Christi.* Si enim manifestis indicis, Christo nascente, ejus natiuitas omnibus appareret, jam tolleretur ratio fidei, quæ est argumentum non apparentium, ut dicitur Hebr. xi. Tertio quia per hoc venisset in dubium veritas humanitatis ipsius. Unde Augustinus dicit in epistola ad Volusianum (cxxxvi. al. 101. parum ant. med.) *Si nullas ex parvulo in iuventutem mutaret atares, nullos cibos, nullas caperet somnos, nonne opinionem conformaret etatis, nec hominem verum ullo modo suscepisse crederetur, & dum omnia mirabiliter facit, auferret quod misericorditer fecit?*

Ad primum ergo dicendum, quod auctoritas illa intelligitur de adventu Christi ad iudicium, secundum quod Glossa (interl. Augustin.) ibidem exponit.

Ad secundum dicendum, quod de gratia Dei Salvatoris erudiendi erant omnes homines ad salutem, non in principio natiuitatis ejus, sed postea tempore procedente, postquam operatus est salutem in medio terre. (Psal. cxxxiii. 11.) Unde post passionem, & resurrectionem suam dicit discipulis suis, Matth. ult. 19. *Venies docere omnes gentes.*

Ad tertium dicendum, quod ad iudicium requiritur quod auctoritas iudicis cognoscatur: & propter hoc oportet quod adventus Christi ad iudicium sit manifestus. Sed primus adventus fuit ad omnium salutem, quæ est per fidem, quæ quidem est de non apparentibus. Et ideo primus Christi adventus debuit esse occultus.

ARTICULUS II.

Utrum natiuitas Christi debuerit aliquibus manifestari.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod natiuitas Christi nulli debuerit manifestari. Quia, ut dictum est (art. præc.) hoc erat congruum humane salutis, ut primus Christi adventus esset occultus. Sed Christus venerat ut omnes salvaret, secundum illud I. ad Timoth. iv. 16. *Qui est saluator omnium, maxime fidelium.* Ergo natiuitas Christi nulli debuit manifestari.

Præterea. Ante natiuitatem Christi manifestata erat B. Virgini, & Josephi futura Christi natiuitas. Non ergo erat occultum, Christo nato eandem aliis manifestari. Præterea. Nullus sapiens manifestat id ex quo turbatio nascitur: sed detrimentum aliorum. Sed manifestata Christi natiuitate, subsecuta est turbatio: dicitur enim Matthe. 11. 33. quod audiens Herodes Christi natiuitatem,

turbatus est; & omnis Hierosolyma cum illo: celsit etiam hoc in detrimentum aliorum, quia ex hac occasione Herodes occidit pueros in Bethlebem, & in omnibus finibus ejus, à bimatatu, & infra. (Matth. 11. 16.) Ergo videtur quod non fuerit conveniens Christi natiuitatem aliquibus manifestari.

Sed contra est quod Christi natiuitas nulli fuisset proficua, si omnibus esset occulta. Sed oportebat Christi natiuitatem esse proficuum; alioquin frustra natus fuisset. Ergo videtur quod aliquibus manifestari debuerit Christi natiuitas.

Respondendo dicendum, quod sicut Apostolus dicit Rom. xi. 11. *quæ à Deo sunt, ordinata sunt.* Pertinet autem ad divinæ sapientiæ ordinem ut Dei dona, & secreta sapientiæ ejus non æqualiter ad omnes, sed immediate ad quosdam perveniant; & per eos ad alios deriventur. Unde & quantum ad resurrectionis mysterium dicitur, Act. x. 40. *quod Dominus dedit Christum resurgentem manifestum fieri non omni populo, sed rebus præordinatis à Deo.* Unde hoc etiam debuit circa ipsius natiuitatem observari, ut non omnibus Christus manifestaretur, sed quibusdam, per quos posset ad alios devenire.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut fuisset in præiudicium salutis humanæ, si omnibus hominibus Dei natiuitas innotuisset; ita etiam, si nulli nota fuisset. Utrouque enim modo tollitur fides, tam scilicet per hoc quod aliquid est totaliter manifestum, quam etiam per hoc quod à nullo cognoscitur, à quo posset testimonium audiri, *Fides enim est ex auditu,* ut dicitur Rom. x.

Ad secundum dicendum, quod Maria, & Joseph instruendi erant de Christi natiuitate, antequam nasceretur, quia ad eos pertinebat reverentiam exhibere proli conceptæ in utero, & etiam obsequi nascituræ. Eorum autem testimonium, propter hoc quod erat domesticum, fuisset habitum suspectum circa magnificentiam Christi. Et ideo oportuit ut aliis manifestaretur extraneis, quorum testimonium suspectum esse non posset.

Ad tertium dicendum, quod ipsa turbatio subsecuta ex natiuitate Christi manifestata congruebat Christi natiuitati. Primo quidem quia per hoc manifestatur celestis Christi dignitas: unde Gregorius dicit in hom. (x. in Evang. in princ.) *Celi regis natus, Rex terre turbatus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum celsitudo celestis aperitur.* Secundo quia per hoc figurabatur iudicialia Christi potestas: unde Augustinus dicit in quodam serm. Epiph. (cxxx. de temp. aliquant. à princ.) *Quid erit tribunal iusticiæ, quando superbos reges euntes turbat infantis?*

Tertio quia per hoc figurabatur dejectio regni diaboli: quia, ut Leo Papa dicit in sermone Epiph. (implic. ser. v. cap. 11. à princ. sed expref.)

expref. Auctor oper. imperf. hom. 11. ante med.) *Non tantum Herodes in semetipso turbabatur, quantum diabolum in Herode. Herodes enim terrenum hominem estimabat, sed diabolum Deum cognoscebat; & uterque regni sui successorem timebat, diabolum celestem, sed Herodes terrenum: superflue tamen, quia Christus non venerat regnum in terra habere. Unde Leo Papa dicit (serm. iv. de Epiph. cap. 11. ad fin.) Herodol loquens: Non capivi Christum regia tua; nec mundi Dominus potestatis tua scripti est contentus angustia. Quod autem Judæi turbabantur, qui tamen magis gaudere debuerant, aut hoc est, quia, ut Chrysostomus (allus Auctor) dicit (hom. 11. in op. imperf. ante med.) de adventu iusti non poterant gaudere iniqui, aut volentes favere Herodi, quem timebant: populus enim plus iusto faveret eis quos crudeliter sustinet. Quod autem pueri ab Herode sunt interfecti, non celsit in eorum detrimentum, sed in eorum profectum: dicit enim Augustinus in serm. quodam de Epiph. (qui est lxxvi. de diversis cap. 111. in fin.) *Abijt ut ad liberandos homines Christus veniens, de illorum præmio qui pro eo interficerentur, nihil egerit, qui pendens in ligao pro eis à quibus interficiebatur oravit.**

ARTICULUS III.

Utrum sint convenienter electi illi quibus est Christus natiuitas manifestata.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod non sint convenienter electi illi quibus est Christi natiuitas manifestata. Dominus enim Matthe. x. 5. mandavit discipulis: *In viam gentium ne abieritis;* ut scilicet prius manifestaretur Judæis quam Gentibus. Ergo videtur quod nullo minus à principio fuerit revelanda Christi natiuitas Gentilibus, qui ab Oriente venerunt, ut habetur Matthe. 11.

Præterea. Manifestatio divinæ veritatis præcipue debet fieri ad Dei amicos, secundum illud Job xxxvi. 33. *Amicitia de te amico suo.* Sed Magi videntur esse Dei inimici: dicitur enim Levit. xix. 31. *Non declinatis ad magos, nec ab aris aliis aliquid sciscitami.* Non ergo debuit Christi natiuitas Magis manifestari.

Præterea. Christus venerat totum mundum à potestate diaboli liberare: unde dicitur Malach. 1. 11. *Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus.* Non ergo solum in Oriente positus debuit manifestari, sed etiam ubique terrarum.

Præterea. Omnia sacramenta veteris legis erant Christi figura. Sed sacramenta veteris legis erant Christi figura.

Præterea. Ubi non est Gentilis, & Judæus; circumcisio, & præputium; Barbarus, & Scythia; Servus, & liber.

ergo erant Christi figura. Sed sacramenta veteris legis dispensebantur per ministerium sacerdotum legalium. Ergo videtur quod magis debuerit Christi natiuitas manifestari sacerdotibus in templo, quam pastoribus in agro.

Præterea. Christus ex virgine matre natus est; & erat parvulus erari. Convenientius igitur videretur fuisse quod Christus manifestaretur juvenilibus: & virginibus, quam senibus, & conjugatis, vel viduis, sicut Simeoni, & Annæ.

Sed contra est quod dicitur Joan. xii. 18. *Ego scio quos elegerim.* Quæ autem sunt secundum Dei sapientiam erari, convenienter sunt. Ergo convenienter sunt electi illi quibus est manifestata Christi natiuitas.

Respondendo dicendum, quod salus quæ erat futura per Christum, ad omnem discretam hominum pertinebat: quia dicitur Colos. 1. 11. (a) *in Christo Jesu non est masculus, & femina: Gentilis, & Judæus, servus, & liber:* & sic de aliis huiusmodi: & ut hoc in ipsa Christi natiuitate præfiguraretur, omnibus conditionibus hominum est manifestatus: quia, ut Augustinus dicit in sermone de Epiphania, (cxxx. de tempore cap. 1. ad fin.) *pastores fuerunt Israelitæ, Magi Gentiles, illi præpe, isti longi; utriusque tamen ad angularem lapidem concurrerunt.* Fuit etiam inter eos alla diversitas: nam Magi fuerunt sapientes, & potentes, pastores autem simplices, & viles. Manifestatus etiam est iustus, Simeonis, & Annæ, & peccatoribus, scilicet Magis. Manifestatus est etiam ad viris, & mulieribus, ut per hoc ostenderetur, nullam conditionem hominum excludi à Christi salute.

Ad primum ergo dicendum, quod illa manifestatio natiuitatis Christi fuit quædam præliatio plene manifestationis, quæ erat futura: & sicut in secunda manifestatione primo annuntata est gratia Christi per Christum, & ejus Apostolos Judæis, & postea Gentilibus; ita ad Christum primo pervenerunt pastores, qui erant primitia Judæorum, tanquam prope existentes, & postea venerunt Magi à remotis, qui fuerunt primitia Gentium, ut Augustinus dicit (serm. xxx. de temp. cir. princ.)

Ad secundum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in sermone de Epiph. (ibid. sub fin.) *sicut prævalere imperitia in rusticitate pastorum, ita prævalere impietas in sacrilegii magistrum; utrosque tamen sibi lapis ille angularis applicuit: quippe qui venit frustra eligere, ut confunderet sapientes, & non vocare justos, sed peccatores; ut nullus magnus superbiat, nullus infirmus desperaret.*

Bb Qui-

luna nubis erat in deserto. Quinto, quia non sursum manens parum Virginis demonstrabat, sed deorsum descendens hoc fiebat. Dicitur enim (Matth. 11. 9.) quod stella, quam viderant Magi in Oriente amecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Ex quo pater quod verbum Magorum dicitur, Vidimus stellam quæ in Oriente, non est sic intelligendum, quasi ipsi in Oriente positis stella apparuerit existens in terra Judææ sed quia viderunt eam in Oriente existentem, & præcessit eos usque ad Judæam: quamvis hoc à quibusdam sub dubio relinquatur. Non autem potuissent distinde domum demonstrare, nisi esset terra vicina. Et, sicut ipse dicit, (loc. cit.) hoc non videtur proprium esse stellæ, sed virtutis rationalis consuetudinem. Unde videtur hæc stella virtutis invisibilis fuisse in talem apparentiam transformata.

Unde quidam dicunt, quod sicut Spiritus Sanctus descendit super baptizatum Dominum in specie colombe, ita apparuit Magis in specie stellæ.

Alii vero dicunt, quod Angelus, qui apparuit pastoribus in humana specie, apparuit Magis in specie stellæ.

Probabilis tamen videtur quod fuerit stella de novo creata, non in celo, sed in aere vicino terræ, quæ secundum divinam voluntatem movebatur. Unde Leo Papa dicit in serm. Epiph. (qui est. 1. ejusd. festi, cap. 1. ad fin.) Tribus Magis in regione Orientis stella novo claritate apparuit, quæ illustrior ceteris, pulchriorque sideribus, in se inventum oculorum, animæque convorceat; ut conspectum adverteretur, non esse alijam quod tam insolitum videbatur.

Ad primum ergo dicendum, quod cælum in sacra Scriptura quandoque dicitur aer, secundum illud (Psalm. vii. 9. Volucres cæli, & pisces mari).

Ad secundum dicendum, quod ipsi Angeli cælestes ex suo officio habent, ut ad nos descendant in ministerium missi; sed stellæ cælestes suum situm non mutant. Unde non est similis ratio.

Ad tertium dicendum, quod sicut stella illa non est secuta motum stellarum cælestium, ita nec etiam stellarum cometarum, quæ nec de die apparent, nec cursum suum ordinatum mutant. Et tamen non omnino aberant significatio cometarum: quia cælestis regnum Christi comminuit, & consumit universa (a) regna terræ; & ipsum stabit in æternum, ut dicitur Dan. 11. 44.

(a) Vulgata regna hæc.

ARTICULUS VIII. 203

Utrum Magi convenierent ad Christum adorandum venerint.

AD octavam sic proceditur. Videtur quod Magi non convenierent ad Christum adorandum venerint. Unicuique enim Regi reverentia debetur à suis subiectis. Magi autem non erant de regno Judæorum. Ergo cum ex visione stellæ cognoverunt natum esse Regem Judæorum, videtur quod inconvenienter venerint ad eum adorandum.

2. Præterea. Sicut est, vivente Rege aliquo, extraneum Regem annuntiare. Sed in regno Judææ regnabat Herodes. Ergo stultè fecerunt Magi, alterius Regis nativitatem annuntiantes.

3. Præterea. Certius est cælestis indicium quam indicium humanum. Sed Magi ducatu cælestis indicii ab Oriente venerant in Judæam. Sicut ergo egerunt, præter ducatum stellæ humanum indicium requiring, dicentes: *Ubi est qui natus est Rex Judæorum?* Matth. 11. 2.

4. Præterea. Munerum oblatio, & adorationis reverentia non debetur nisi Regibus jam regnantibus. Sed Magi non invenierunt Christum regia dignitate fulgentem. Ergo inconvenienter ei munera, & reverentiam regiam exhibuerunt.

Sed contra est quod dicitur Isa. lx. 3. *Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui.* Sed qui divino lumine ducuntur, non errant. Ergo Magi absque errore Christo reverentiam exhibuerunt.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. 3. huj. quæst. ad 1.) Magi sunt primitivè Gentium in Christum credentium; in quibus apparuit, sicut in quodam prælagio, fides, & devotio Gentium venientium à remotis ad Christum. Et ideo sicut devotio, & fides Gentium est absque errore per inspirationem Spiritus Sancti; ita etiam credendum est, Magos à Spiritu Sancto inspiratos sapienter Christo reverentiam exhibuisse.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in sermone Epiphaniæ (serm. 11. vi. vii.) cum multi Reges Judæorum nati fuissent, atque defuncti, nullum eorum Magi adorandum quæsierunt. Non itaque Regi Judæorum, quales illic esse solebant, hunc tam magnum honorem longinqui, alienigenæ, & ab eodem regno profus extranei, à se debere arbitrabantur; sed talem natum esse dixerunt, in quo adorando se salutem, quæ secundum Deum est, consecuturos minime dubitarent.

Ad secundum dicendum, quod per illam annuntiationem Magorum præsignabatur con-

stantia Gentium Christum usque ad mortem consentientium: unde Chrysostomus (alius Auctor.) dicit super Matth. (hom. 11. in op. imperf. parit à princ.) quod *quidam considerabant Regem futurum, non timentant Regem presentem, adhuc non viderant Christum, & jam parati erant pro eo mori.*

Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in sermone Epiphaniæ (ut sup.) stella que Magos perduxit ad locum, ubi erat cum matre Virgine Deus infans, poterat eos ad ipsam perducere civitatem Bethleem, in qua natus est Christus; sed tamen subtraxit se, donec de civitate, in qua Christus nasceretur, etiam Judæi testimonium perhiberent; ut sic genuinato testimonio confirmati, sicut Leo Papa dicit, (serm. xv. de Epiph. cap. 11. ante med.) (a) ardentiori fide expectarent, quem & stella claritas, & prophetiæ manifestabat auctoritas: Et ita ipsi annuntiant Judæis Christi nativitatem, & interrogant locum, credunt, & querunt, tanquam significantes eos, qui ambulat per fidem, & desiderant speciem, ut Augustinus dicit in sermone Epiphaniæ (ut supra) Judæi autem indicantes eis locum nativitatis Christi, similes facti sunt salvis arce Noe, qui alii, ubi evaderent, præfiterent; & ipsi diluvis perierunt. Audierunt, & abierunt inquisitores, dixerunt, & remanserunt doctores similes lapidibus miliaris, qui viam ostendunt, nec ambulat. Divino etiam nutu factum est ut aspectu stellæ subtrahito, Magi humano sensu in Hierusalem irent, quærentes in civitate regis Regem natum, ut in Hierusalem primo Christi nativitas publice annuntiaretur, secundum illud Isa. 11. 3. *De Sion exhibit lex, & verbum Domini de Hierusalem;* & ut etiam studio Magorum de longe venientium damnaretur Judæorum pigritia prope existentium.

Ad quartum dicendum, quod, sicut Chrysostomus (alius Auctor.) dicit super Matth. (hom. 11. in op. imperf. aliquant. à princ.) si Magi terrenum Regem quærentes sic invenissent, fuissent confusi: quia tanti itineris laborem sine causa suscepissent: unde nec adorassent, nec munera obtulissent. Nunc autem quia cælestem Regem quærebant, est nihil regalis excellentia in eo viderent, tamen solius stellæ testimonio contenti, eum adoraverunt. Vident enim hominem, & agnoscent Deum, & offerunt munera dignitati Christi congenita: aurum quidem quasi Regi magno; thus, quod in Dei sacrificio ponitur, immolatur ut Deo; myrrha, quæ mortuorum corpora conduntur, præbetur tanquam pro salute omnium mori. In quo etiam, ut Gregorius dicit (hom. x. in Evang. vers. fin.) instruitur, ut nato Regi aurum, per quod significatur sapientia, offeramus, in conspectu ejus sapientia lumine splendentem; thus autem, per quod ex-

(a) Ita cum m. Camer. Alcan. aliisque cæsi passim, Leonis textui concinentes. Al. attentiori.

peimitur orationis devotio, offerimus Deo, si per orationem studia Deo redolere voluerimus; myrram autem, quæ significat mortificationem carnis, offerimus; sed carnis vitia per abstinenciam mortificemus.

QUÆSTIO XXXVII.

De legalibus circa puerum Jesum observatis, in quatuor articulis divisus.

DEinde considerandum est de circumcissione Christi, & quia circumcisio est quedam professio legis observandæ, secundum illud Galat. v. 3. *Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universo legis faciendæ, simul cum hoc querendum est de aliis legalibus circa puerum Jesum observatis.*

Unde queruntur quatuor. Primo, de ejus circumcissione. Secundo, de nominis impositione. Tertio, de ejus oblatione. Quarto, de matris purgatione.

ARTICULUS I. 204

Utrum Christus debuerit circumcidi.

Inf. quæst. xl. art. 4. corp. & IV. dist. 1. quæst. 11. art. 2. quæst. 3. & opus. LX. cap. v.

AD primum sic proceditur. Videtur quod Christus non debuerit circumcidi. Veniente enim veritate, cessat figura. Sed circumcisio fuit Abraham præcepta in signum fœderis, quod erat de semine venientium damnaretur Judæorum pigritia prope existentium. Ergo circumcisio statim cessare debuit.

2. Præterea. Omnis Christi actio nostra est instructio: unde dicitur Joan. xiii. 15. *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Sed nos non debemus circumcidi, secundum illud Gal. v. 2. *si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Ergo videtur quod nec Christus debuerit circumcidi.

3. Præterea. Circumcisio est ordinata in remedium originalis peccati. Sed Christus non contaxit originale peccatum, ut ex supra dictis patet (quæst. xv. art. 1. & 2.) Ergo Christus non debuit circumcidi.

Sed contra est quod dicitur Luc. 11. 21. *Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer.*

Respondeo dicendum, quod pluribus de causis Christus debuit circumcidi. Primo quidem ut ostendat veritatem carnis humanæ con-

ARTICULUS II. 201

Utrum convenienter fuerit Christo nomen impositum.

Opusc. LX. cap. VI.

tra Manichæum, qui dixit eum habuisse corpus phantasticum, & contra Apollinarium, qui dixit corpus Christi esse Divinitati consubstantialia; & contra Valentinum, qui dixit Christum de celo corpus attulisse. Secundo, ut approbaret circumcissionem, quam olim Deus instituerat. Tertio, ut comprobaret se esse de genere Abraham, qui circumcissionis mandatum acceperat in signum fidei, quam de ipso habuerat. Quarto ut Judæis excusationem tollerent, ne eum reciperent, si esset incircumcitus. Quinto, ut obediendi virtutem nobis suo commendaret exemplo: unde & octava die circumcitus est, sicut in lege erat præceptum. Sexto, ut quia in similitudinem carnis peccati advenerat, remedium, quo caro peccati consueverat mandari, non respueret. Septimo, ut legis onus in se sustinens, alios à legis onere liberaret, secundum illud Gal. iv. 4. Misit Deus Filium suum factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.

Ad primum ergo dicendum, quod circumcisio per remotionem carnalis pelliculæ in membro generationis facta, significabat spoliationem vetustæ generationis; à qua quidem vetustate liberamur per passionem Christi: & ideo veritas hujus figuræ non fuit plene impleta in Christo nativitate, sed in ejus passione, ante quam circumcisio suam (a) virtutem, & statum habebat: & ideo decuit Christum ante suam passionem, tamquam filium Abraham, circumcidi.

Ad secundum dicendum, quod Christus circumcissionem suscepit eo tempore quo erat sub præcepto. Et ideo sua actio in hoc est nobis imitanda, ut observemus ea quæ sunt nostro tempore in præcepto: quia unicuique negotio est tempus, & opportunitas, ut dicitur Ecclesi. viii. 6.

Et præterea, ut Origines dicit (hom. xiv. in Luc. in princ.) sicut mortui sumus cum illa moriente, & conjurimus Christo resurgenti: ita circumcisi sumus spirituali circumcissione per Christum: & ideo carnali circumcissione non indigemus. Et hoc est quod Apostolus dicit Colos. ii. 11. In quo, scilicet Christo, circumcisi estis circumcissione non manufacta, in exspoliatione corporis carnis, sed in circumcissione Domini nostri Jesu Christi.

Ad tertium dicendum, quod sicut Christus propria voluntate mortem nostram suscepit, quæ est effectus peccati, nullum in se habens peccatum, ut nos à morte liberaret, & spiritualiter nos faceret mori peccato: ita etiam circumcissionem, quæ est remedium originalis peccati, suscepit, absque hoc quod haberet originale peccatum, ut nos à legis iugo liberaret, & ut in nobis spirituales circumcissionem efficeret, ut scilicet suscipiendo figuram, impleteret veritatem.

(a) Al. veritatem. (b) Al. Paries.

tur Luc. i. 61. vel etiam ab eventu, sicut Joseph vocavit primogenitum suum Manassem, dicens *Oblivisci feci me Deum omnium laborum meorum*, Genes. xli. 51. vel etiam ex aliqua qualitate ejus, cui nomen imponitur, sicut Genes. xxv. dicitur, quod quia qui primus egressus est de utero matris, rufus erat, & totus in marem pelvis hispidus, vocatus est nomen ejus Esau, quod interpretatur rubeus. Nomina autem quæ imponuntur aliquibus divinitus, semper significant aliquid gratuitum donum eis divinitus datum; sicut Gen. xvi. 5. dictum est Abraham: *Appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium confisus te*: Et Matth. xvi. 18. dictum est Petro: *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*.

Quia igitur Christo hoc munus gratiæ collatum erat, ut per ipsum omnes salvarentur, ideo convenienter vocatum est nomen ejus Jesus, id est *Salvator*, Angelo hoc nomen prænuntiante, non solum matri, sed etiam Joseph, qui erat futurus ejus nutritus.

Ad primum ergo dicendum, quod in omnibus illis nominibus quodammodo significatur hoc nomen Jesus, quod est significativum salutis. Nam in hoc quod dicitur Emmanuel, quod interpretatur, *Nosscium Deum*, designatur causa salutis, quæ est unio divinæ, & humane naturæ in persona Filii Dei, per quam factum est ut Deus esset nobiscum, quasi particeps nostræ naturæ. Per hoc autem quod dicitur, *Voca nomen ejus, Accelera, spolia detrahe*, &c. designatur, à quo nos salvavit, quia à diabolo, cujus spolia abstulit, secundum illud Colos. ii. 15. *Expoliatus principatus, & potestates, traduxit confidenter. In hoc autem quod dicitur: Vocabitur nomen ejus Admirabilis*, &c. designatur via, & terminus nostræ salutis in quantum scilicet admirabili Divinitatis consilio, & virtute ad hæreditatem futuri sæculi perducimur, in quo erit pax perfecta filiorum Dei sub ipso principe Deo. Quod vero dicitur, *Eccc vir, Oriens nomen ejus*, ad idem refertur, ad quod primum, scilicet ad incarnationis mysterium, secundum quod *exortum est in tenebris lumen vestis (a) corde* (Psal. cxl. 4.)

Ad secundum dicendum, quod his qui fuerunt ante Christum, potest convenire hoc nomen Jesus secundum aliquam aliam rationem, puta quia aliquam particularem, & temporalem salutem attulerunt; sed secundum rationem spirituales, & universales salutis, hoc nomen proprium est Christo: & secundum hoc dicitur esse nomen novum.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Gen. xvi. legitur, simul Abraham suscepit nominis impositionem à Deo, & circumcissionis mandatum. Et ideo apud Judæos con-

(a) In Vulgata non est corde.

suetum erat ut ipso die circumcissionis nomina pueris imponeretur, quasi ante circumcissionem perfectum esse non haberent, sicut etiam nunc pueris in baptismo nomina imponuntur. Unde super illud Prov. iv. *Ego filius sui patris mei, tenebrus, & unigenitus coram matre mea*, dicit Glossa (ordin.) Quare Salomon se unigenitum coram matre nominat, quem fratrem uterinum præcessisse Scriptura testatur, nisi quia ille mox natus sine nomine, quæ si nunquam esset, de vita deceisset? Et ideo Christus simul cum fuit circumcitus, nominis impositionem accepit.

ARTICULUS III. 206

Utrum Christus convenienter fuerit in templo oblatum.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod inconvenienter fuerit Christus in templo oblatum. Dicitur enim Exodi xlii. 2. *Sanctificamibi omne primogenitum, quod aperit vulvam in filiis Israel*. Sed Christus exivit de claufo virginis utero, & ita matris vulvam non aperuit. Ergo Christus ex hac lege non debuit in templo offerri.

2. Præterea. Illud quod est semper præsens alicui, non potest ei præsentari. Sed Christi humanitas semper fuit Deo maxime præsens, utpote ei semper conjuncta in unitate personæ. Ergo non oportuit quod coram Domino sifteretur.

3. Præterea. Christus est hostia principalis, ad quam omnes hostiæ veteris legis referuntur, sicut figura ad veritatem. Sed hostiæ non debet esse alia hostia. Ergo non fuit conveniens ut pro Christo alia hostia offerretur.

4. Præterea. Inter legales hostiæ præcipua fuit agnus, qui erat jure sacrificium; ut habetur Numer. xxviii. unde etiam Christus dicitur agnus, Joan. i. 29. *Eccc agnus Dei*. Magis ergo fuit conveniens quod pro Christo offerretur agnus quam par turturum, vel duo pulli colubarum.

5. Sed in contumaciam est auctoritas Scripturæ, quæ hoc factum esse testatur. Luc. i. 11.

Respondendum dicendum, quod, sicut dicitur est (art. 1. huj. quæst. in cor. & ad 3.) Christus voluit sub lege fieri, ut eos qui sub lege erant, redimeret, & ut justificatio legis in suis membris spiritualiter impleteret. De prole autem nata duplex præceptum in lege datur. Unum quidem generale quoad omnes, ut scilicet completis diebus purificationis matris, offerretur sacrificium pro filio, sive pro filia, ut

Cc

ut habetur Levit. xii. Et hoc quidem sacrificium erat & ad expiationem peccati, in quo proles erat concepta: & nata, & etiam ad consecrationem quamdam ipsius, quia tunc primo presentabatur in templo: & ideo aliquid offerbatur in holocaustum, & aliquid pro peccato. Aliud autem præceptum erat speciale in lege de primogenitis tam in hominibus, quam in iumentis. Sibi enim Dominus deputaverat omne primogenitum filiorum Israel, pro eo quod ad liberationem populi Israel percussit primogenita Egypti ab homine usque ad pecus, primogenitis filiorum Israel reservatis. Et hoc mandatum ponitur Exodi xiiii. in quo etiam præfigurabatur Christus, qui est primogenitus in multis fratribus, ut dicitur Rom. viii. 29. Quia igitur Christus ex muliere natus erat quasi primogenitus, & voluit fieri sub lege, hæc duo Evangelista Lucas circa eum fuisse observata ostendit. Primo quidem illud quod pertinet ad primogenitos, cum dicit (Luc. 11. 22.) *Tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino; sicut scriptum est in lege Domini, qui omne masculinum adaperiens uterum, sanctum Domino vocabitur.* Secundo illud quod pertinet communiter ad omnes, cum dicit. *Ut darent hostiam, secundum quod dictum erat in lege Domini, per turturum, aut duos pullos columbarum.*

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Gregorius Nyssenus dicit (hab. in catena D. Th. sup. illud Lucæ 11. *Sanctum Domino* &c.) illud legis præceptum in sola incarnato Deo singulariter, & ab aliis differenter impleri videtur: ipse namque solus ineffabiliter conceptus, ac incomprehensibiliter editus, virginalem uterum aperuit, non antea conubio reservatum, servans post partum (a) inviolabile signaculum castitatis. Unde quod dicit, *adaperiens uterum*, designat quod nihil antea inde intraverat, vel exiverat: & per hoc etiam specialiter dicitur masculinus, quia nihil de femineitate culpæ portavit: singulariter etiam sanctus, quia reverentia contagia corruptæ immaculati partus virginitate non sensit. (Ambr. in hunc loc. Luc. 11.)

Ad secundum dicendum, quod sicut Filius Dei non propter seipsum factus est homo, & circumcisus in carne, sed ut nos per gratiam faceret deos; & ut spiritaliter circumcidamur, sic propter nos sicut Domino, ut discamus Deo præsentare nosmetipsos: & hoc post circumcisionem ejus factum est, ut ostendat, neminem, nisi circumcisum vitis dignum esse divinis conspectibus.

Ad tertium dicendum, quod propter hoc ipsum voluit hostias legales pro se offerri, qui erat vera hostia, ut figura veritatis conjungeretur.

(a) A. inviolabiliter. (b) Ita miss. & editi passim. A. deest inimici. (c) Vulgata si suscepto.

& per veritatem figura approbaretur, contra illos qui Deum legis negant à Christo fuisse in Evangelio prædicatum. Non enim putandum est, ut Origenes dicit (hom. xlv. in Luc. 4. med.) quod filium suum bonus Deus sub lege (b) inimici fecerit, quam ipse non dederat.

Ad quartum dicendum, quod Levit. xii. præcipitur, ut qui possent, agnum pro filio, aut filia, simul & turturum, sive columbam offerrent; qui vero non sufficerent ad offerendum agnum, duos turtures, vel duos columbarum pullos offerrent. Dominus ergo, qui cum dives esset, propter nos egenus factus est, ut illius inopia divites effemus, ut dicitur II. ad Cor. viii. 9. pro se pauperum hostiam voluit offerri, sicut, & in ipsa nativitate panis involvitur, & reclinat in præsepio. Nihilominus tamen hujusmodi aves figura congruunt: turtur enim quia est avis loquax, predicationem, & confessionem fidei significat, quia vero est animal castum, significat castitatem, quia vero est animal solitarium, significat contemplationem. Columba vero est animal mansuetum, & simplex, mansuetudinem, & simplicitatem significans: est etiam animal gregale, unde significat vitam activam: & ideo hujusmodi hostia figurabat perfectionem Christi, & membrorum ejus. Utrumque etiam animal propter consuetudinem gemendi præfectis Sanctorum locus designat; sed turtur, quæ est solitaria, significat secretas orationum lacrymas; columba vero, quæ est gregalis, significat publicas orationes Ecclesie. Utrumque vero animal dupliciter offertur, ut sanctitas sit non solum in anima, sed etiam in corpore.

ARTICULUS IV. 207

Utrum mater Dei convenienter ad templum purgandum accesserit.

Op. LX. cap. 111.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter mater Dei purganda ad templum accesserit. Purgatio enim non videtur esse nisi ab immunditia. Sed in B. Virgine nulla fuit immunditia, ut ex supradictis patet (art. præc. ad 1. & quæst. xxvii. art. 4. & 5. & quæst. xxviii. art. 1.). Ergo non debuit ut purganda ad templum accederet.

2. Præterea. Levit. xii. 2. dicitur: *Mulier (c) quæ suscepto semine peperit masculinum, immunda erit septem diebus: & ideo ei præcipitur quod non ingrediatur sanctuarium, donec impleantur dies purgationis ejus.* Sed

B. Virgo peperit masculinum sine vitii semine. Non ergo debuit ad templum venire purganda.

B. Virgo peperit masculinum sine vitii semine. Non ergo debuit ad templum venire purganda.

3. Præterea. Purgatio ab immunditia non fit nisi per gratiam. Sed sacramenta veteris legis gratiam non conferebant; sed ipsa potius secum gratiam auctorem habebat. Non ergo conveniens fuit ut ad templum purganda veniret.

Sed contra est auctoritas Scripturæ, quæ dicitur Luc. 11. 22. quod impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi.

Respondetur dicendum, quod sicut plenitudo gratiæ à Christo derivatur in matrem; ita decuit ut mater humilitati filii conformaretur. Humilibus enim Deus dat gratiam, ut dicitur Jacobi iv. 6. Et ideo sicut Christus licet non esset legi obnoxius, voluit tamen circumcisionem, & alia legis onera subire, ad demonstrandum humilitatis, & obedientiæ exemplum, & ut approbare legem, ut calumnia occasione Judæis tolleretur; propter eandem rationem voluit & matrem suam implere legis observantias, quibus tamen non erat obnoxius.

Ad primum ergo dicendum, quod licet B. Virgo nullam haberet immunditiam; voluit tamen purgationis observantiam implere, non propter indigentiam; sed propter legis præceptum. Et ideo signanter Evangelista dicit, quod impleti sunt dies purgationis ejus secundum legem: ipsa enim secundum se purgatione non indigebat.

Ad secundum dicendum, quod signanter Moyses videtur fuisse locutus ad excipiendam ab immunditia matrem Dei, quæ non peperit suscepto semine. Et ideo patet quod non obligabatur ad impletionem observantiam, sed voluntarie purgationis observantiam adimplevit, ut dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod legalia sacramenta non purgabant ab immunditia culpæ, quod fit per gratiam, sed hanc purgationem præfigurabant; purgabant autem purgatione quadam carnali ab immunditia irregularitatis cuiusdam, sicut in secunda parte dictum est (1. 2. quæst. cxi. art. 5. ad 5. 6. & 7.) Neutram tamen immunditiam B. Virgo contraxerat: & ideo non indigebat purgari.

QUÆSTIO XXXVIII.

De baptismo Joannis, in quo dicitur quod Joannes baptizavit in deserto, & quod Joannes baptizavit in Bethsaida, & quod Joannes baptizavit in Bethaniam.

Deinde considerandum est de baptismo quo Christus baptizatus est: & quia Christus baptizatus est baptismo Joannis, primo considerandum est de baptismo Joannis in communi; secundo de baptisatione Christi.

Circa primum queruntur sex articuli.

Primo, utrum conveniens fuerit quod Joannes baptizaret.

Secundo, utrum ille baptismus fuerit à Deo.

Tertio, utrum consuleret gratiam.

Quarto, utrum alii, præter Christum, illo baptismo debuissent baptizari.

Quinto, utrum baptismus ille cessare deberet Christo baptizato.

Sexto, utrum baptizati baptismo Joannis essent postea baptizandi baptismo Christi.

ARTICULUS I. 208

Utrum fuerit conveniens Joannem baptizare.

IV. dist. 11. quæst. 11. art. 2. ad 4.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non fuerit conveniens Joannem baptizare. Omnis enim ritus sacramentalis ad aliquid pertinet legem. Sed Joannes non introduxit novam legem. Ergo inconveniens fuit quod novum ritum baptismi introduceret. 2. Præterea. Joannes fuit missus à Deo in testimonium, tamquam Propheta, secundum illud Luc. 1. 76. *Tu puer Propheta Altissimi vocaberis.* Sed Propheta qui fuerant ante Christum, non introduxerunt novum ritum, sed ad observantiam legalium rituum inducebant, ut patet Malach. ult. 4. *Memento legis Moysi servus mei.* Ergo nec Joannes novum ritum baptizandi introducere debuit.

3. Præterea. Ubi est aliquid rei superfluitas, non est ad illud aliquid addendum. Sed Judæi excedebant in superfluitate baptismatum: dicitur enim Marci vii. 3. quod Pharisæi, & omnes judæi, nisi crebro laverint manus, non manducant. & à foro venientes: nisi baptizentur, non comedunt; & alia multa sunt quæ tradita sunt illis servare, baptismata calicum, & urceorum, & argumentorum, & lictorum. Ergo inconveniens fuit quod Joannes baptizaret.

Sed contra est auctoritas Scripturæ, Matth. 111. 6. ubi præmissa sanctitate Joannis, subditur, quod exibat ad eum multi, & baptizabantur ab eo in Jordane.